ECLEIPSES CAROLI & FERDINANDI Cæſarum.



HOC etiam in loco Quo modo viam Lunæ depingas, aliter q̃ antea docere placet. Figuram defectiuam ſimulac corpus Lunare in plano deſcripſeris, & in eadem Lunaris Argumentum latitudinis, quod diſtantiam repreſentat Lunæ ab vmbræ centro, (maximo videlicet eclipſis tempore) exiſtentem, quæ & medium eclipſis dicitur, cum M litera deſignaueris, mox motum Lunæ, quem tempore dimidiæ durationis abſoluit, ab Argumento latitudinis demes, Signa gra. & M ex ſubtractione relicta, rurſus in diſpoſitorio quæſito, cum puncto quodã ſignabis. Interuallum deinde puncti huius à centro diſpoſitorii cum circino acceptum, vmbræ ſuper linea A M L in A centro incipiens, inferes, quod ab M, quacunq;, ſiue centrum verſus, ſiue ab illo ceciderit c ſcribes, ex quo rectam lineam dextrorſum M N lineæ parallélam, vbi duxeris, contactum eiuſdem cum L N circulo, X litera ſigna, illic enim centrum Lunaris corporis eſt, quod defectus incipientis momento fuit. Deinde motum ☽, quem durationis dimidiæ tempore habet, Argumento latitudinari defectus medii, iunge. Quo facto, latitudinis Argumentum fini defectuali congruens ſurget. Illud ipſum Argumentũ in Diſpoſitorio quoq; examina, eiuſq; intercapedinem in lineam A M L, circini officio tranſpone, & eandem cum d puncto nota. Inde lineam rectam M K lineæ æquidiſtantem ſiniſtrorſum trahe, interſectionem eiuſdem cum circulo L K, cum V litera (centrum enim Lunæ eſt, quod fini defectus debetur) aſſigna. Iam circulos circa V & X ſi deſcribis, circulatione legittima, V vero & X litteras recta connectis linea, veriſſimum Lunæ per vmbram traiectum efficis. Puncta etiã illa duo c & d facilius hunc in modum conſequẽris, gradum quemcunq; vnum aliquem in diſpoſitorio elige, in quo totidem minuta, quot in Lunæ motu dimidiæ durationis tempore ſunt, numera, ſecundum tot minuta pedes circini extende. Circini deinde ſic inuariati, pedem vnum in M ſiſte, alio duo vtrinq; puncta ſigna, quorũ alterum cum c, alterum cum d nota, è quibus duobus pũctis ita præparatis, iuxta prius dicta, parallélæ ducendæ ſunt &c̃.

Argu: lati: ☽ in Exemplo Imperatoris.


¶ In prin: eclipſius s 11 G 24 mi: 10
¶ In Medio eclip: s 11 G 24 mi: 39
¶ In fine eclipſis: s 11 G 25 mi. 8
¶ Motus Lunæ minutorum 29

Argu: lati: ☽ in exemplo Regis.


¶ In princi: eclipſis s 0 gr: 9 mi :28
¶ In Medio eclip. s 0 gr. 10 mi. 23
¶ In fine eclipſis s 0 gr: 11 mi. 18
¶ Motus Lunæ minutorum 55

Paradigma





PARADIGMA TERTIVM



PARADIGMA TERTIVM, Lunaris deliquii eſto, Anno 1530 facti, quando Cæſarea CAROLO Corona Bononiæ impoſita, Regia vero maieſtas, FERDINANDO Aquiſgrani delata eſt, Rhomani ambo Imperii inſignia, fratribus his Imperatoribus digniſſima: Hoc deliquium ſi nuper tradita ratione tractare malis, & tranſitum Lunæ per tenebras, via nuper oſtenſa, diſpicere, cęteraq; quę in defectu conſiderantur, adamuſſim cognoſcere velis, hæc ſubſtripta tibi propone, qualia ſunt.

¶ Argumentum Solis Sig: 3 gra. 27 mi: 18
¶ Argumentũ ☽ Verũ Sig: 4 gra. 15 mi. 19
¶ Latitudo Lunæ minutorum 14

Pro Solis igitur & Lunæ Argumentis, margaritam ſi direxeris, viamq; Lunæ recta linea, vt dictum eſt, iam expreſſeris, latitudinis Lunaris auxilio omnia hæc ſubiuncta reperies.

¶ Puncta eclyptica 16 mi. 36
¶ Moram mediam minutorum 44
¶ Tempuscaſus Ho: 1 mi: 8
¶ Dimidiam durationem Ho: 1 mi: 52
¶ Motum Lunæ minutorum 64



HVIVS ECLIPSIS



HANC



SVME IMAGINEM



